

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 39. Wolfgangi Guilielmi Neoburgi Ducis mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Eques, a Ferdinando II. Cæfare au- Sæc. XVII.  
reæ clavis Cubicularius, ac demum a A.C. 1653.  
Ferdinando III. in Westphaliæ pro  
concilianda pace Legatus decerneba-  
tur, & confecto pacis negotio ex Co-  
mite Princeps creatus est, quo Principa-  
tus honore hodie ejus liberis, po-  
sterique perpetuo gaudent. Erat sane  
Princeps germanæ sinceritatis ac fidei,  
insigne pietatis, qua Jesuitis Col-  
legium in sua urbe, & Franciscanis in  
S. Egidii monte Conventum suis ex-  
pensis erexit: Demum vero Catholico  
ritu S. Ecclesiæ Sacramentis munitus,  
animam Deo in cælis, corpus Ecclesiæ  
apud Franciscanos, & denique Cor-  
suum Jesuitis tradidit.

### §. XXXIX.

#### *Wolfgangi Guilielmi Neoburgi Du- cis mors.*

Jam supra meminimus, quod Wolf- *Vid. supra*  
gangus Guilielmus Neoburgi Dux l. 190. §. 51.  
Philippi Ludovici Filius a Lutherana *tom. 55..*  
fecta ad veræ Ecclesiæ gremium rever-  
sus sit: cum enim hic Princeps ma-  
ximis naturæ dotibus inclitus, inge-  
nio ad capiendas disciplinas avido præ-  
ditus, pro dignoscendis exterarum na-  
tionum moribus Daniam, Angliam,  
Italiam & Hispaniam pervagatus esset,  
*Hist. Eccles. Tom. LXII.* H jam

Sæc. XVII. jam tum de fœtæ suæ veritate dub  
A. C. 1653. tare, & de Praedicantium suorum com  
mentis convinci cæperat: inde ven  
reversus, ac mortuo Avunculo suo  
successionis jura gravi bello cum Bræ  
deburgicis implicitus, & a Suecis di  
vexatus, invicta tamen semper fortitudine  
suos hostes repressit, ac Religi  
nem Catholicam aduersus violentia  
Protestantium machinationes pro vita  
bus propugnavit, Eminuit præcipue  
excelsi ac liberalis animi prærogativi  
erga pauperes & peregrinos adeo comi  
& beneficus, imo ausim dicere, tan  
familiaris, ut si quando in immodico  
affluentium numero non posset omnibus  
satisfacere, hi vero adhuc contra im  
portunius instarent, illis omnibus pl  
nissimam facultatem daret, ut ejus ve  
stes, loculosque manibus scrutari ve  
lerent: Præterea inter tot, quibus  
premebatur, adversa, frequens illi  
rat hæc vox: *In Deo consolatio mea*  
Plura insuper Templa excitavit, & pre  
ter Neoburgense Collegium largissimum  
dotatum, plura aperuit Gymnasia, Mo  
nachisque & Sacerdotibus promove  
dæ fidei Catholicæ, & extirpandæ ha  
resi intentis adeo familiaris & necesse  
rius exstitit, ut non semel dicere audi  
tus esset, se in Religionis studio nullus  
primas, nisi Ferdinando II. Cæsari co  
cedere

cedere. Tandem cum, rheumatismo Sæc. XVII.  
obrutos, nonnisi biduo decumberet, die A. C. 1653.  
vigesima Martii inter luculenta pietatis,  
Religionisque signa placidissime anno  
ætatis suæ septuagesimo quinto Düssel-  
dorffii animam exhalavit, sepultus in  
Divi Andreæ Templo. Successorem ha-  
buit Filium suum unicum Philippum  
Guilielmum patriæ ditionis, virtu-  
tumque hæredem.

### §. XL.

#### *Salisburgensis & Sylvanectensis Ar- chiepiscoporum fata.*

Pariter hoc anno *Sylvanectensis Ar-*  
*chiepiscopus* repentina *oppressus* Hist. Salisb.  
l. 5. c. 33.  
apoplexia, cum super pontem incede-  
ret, in terram decidens, paulopost de-  
cessit. Eodem hoc anno Paris Comes  
Lodronius Salisburgensis Archiepisco-  
pus, & Germaniæ Princeps, cum per  
plures Menses pedum tumore, & tan-  
dem hydropisi vehementer afflictaretur,  
sacris Ecclesiæ sacramentis summa cum  
pietate receptis inter Religiosorum ad-  
stantium preces in Palatio Mirabellæ  
integris sensibus die decima quinta De-  
cembris anno ætatis suæ sexagesimo  
octavo pientissime exspiravit. Hic per  
integros triginta quatuor annos, qui-  
bus suæ Ecclesiæ Archiepiscopali præ-  
fuit,